FLORA.

70. Jahrgang.

No. 8. Regensburg, 11. März 1887.

Inhalt. Dr. J. Müller: Revisio Lichenum australiensium Krempelhuberi. — P. Gabriel Strobl: Flora der Nebroden. (Fortsetzung.)

Revisio Lichenum australiensium Krempelhuberi,

quam offert Dr. **J. Müller.**

Clarissimus et laborantissimus Dr. Krempelhuber qui usque ad finem vitae Lichenographiam summo ardore coluit, anno 1880, in Verhandl. d. zoolog. botan. Gesellschaft in Wien, p. 329—342, enumerationem edidit Lichenum australiensium, ubi, jam defessus, minus recte quam antea species recognovit et ubi determinationes dedit saepe insigniter infaustas, quod absque ullo dubio aegrotationi jam inchoatae auctoris tribuendum est. Eorum Lichenum longe majorem partem dein ipse examini submittere potui, et omnes saltem illas species, quae a cl. Krempelhuber pro novis descriptae fuerunt, ipsissimis speciminibus orig. coram habui et ex examine novo, ut sequitur, dijudicavi. — Species eodem modo numeratae sunt ac in citata enumeratione.

1. *Collema laeve* (non Tayl.), est *Leptogium tremelloides* Fr.

2. *Collema leucocarpum* Tayl., s. *Synechoblastus leucocarpus* Müll. Arg. — Specimen citatum non vidi, plantam veram tamen e variis regionibus Australiae ipse accepi.

3. *Leptogium phyllocarpum*; specimen sterile ad Richmond River lectum ad *L. phyllocarpum* v. *isidiosum* Nyl. referendum est.

4. *Leptogium marginellum*, bene determinatum et idem est ac *Leptogium corrugatulum* Nyl., sed syn. Siv. excludendum est.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03552-0115-7

5. *Leptogium tremelloides*; plantam normalem prope Paramettam lectam habeo, at specimen ad Richmond River lectum *L. tremelloidi β. azureo* adscribendum est.

6. *Leptogium bullatum*, est *Physma byrsinum* Mass. c. fr. — Sporae simplices sunt.

7. *Sphaerophoron tenerum*, specimen e monte Ellery est bene determinatum, at specimina e Black-Spur (non Black-Spec.), e Yarra-Yarra (non Yarratharra), et e New England omnia ad diversissimam et in Australia vulgatissimam *Clathrinam aggregatam* Müll. Arg. pertinent.

8. *Sphaerophoron compressum*, specimen e New Zealand recte denominatum est, reliqua duo non vidi.

9. *Sphaerophoron coralloides*, est diversissimum *Stereocaulon ramulosum* Ach., statu sterili.

10. *Thysanothecium hyalinum* Nyl., bene.

11. *Cladonia aggregata* Eschw., nunc *Clathrina aggregata* Müll. Arg.; bene.

12. *Cladonia retipora* Flk., nunc *Clathrina retipora* Müll. Arg., bene determinata.

13. *Cladonia narkodes* Krplh., sub sp. n., est vulgaris *Cladonia furcata* v. *pungens* Fr.

14. *Cladonia pertricosa* Krplh., sub sp. n., est *Cladonia furcata* v. *filiformis* Müll. Arg. L. B. n. 381. — Podetia hinc inde squamulosa sunt.

15. *Cladonia pergracilis* Krplh., sub sp. n., sine loci designatione composita est e *Cladonia degenerante* v. *Junghuhniana* Müll. Arg. et *Cladonia fimbriata* v. *antilopaea* Müll. Arg.

16. *Cladonia cervicornis* (Ach.), bene.

17. *Cladonia squamosa* f. *cylindrica*, est *Cladonia fimbriata* v. *adspersa* Müll. Arg.

18. *Cladonia trachyna*, est *Cladonia ochrochlora* v. *phyllostrata* Flk.

19. *Cladonia fruticulosa* Krplh., sub sp. n., est *Cladonia degenerans* v. *dichotoma* Flk., quoad plantam sterilem, planta fertilis autem est *Cladonia corymbescens* Nyl.

20. *Cladonia lepidula* Krplh., sub sp. n., est *Cladonia pityrea* Flk.

21. *Cladonia fimbriata* f. *cylindrica*, plantam non vidi.

22. *Cladonia antilopaea* Duby, s. *Cladonia fimbriata* v. *antilopaea* Müll. Arg., bene.

23. *Cladonia furcata* v. *racemosa*, et *C. furcata* v. *squamulosa*, at plantam non vidi quae sub *C. furcata* v. *stricta* l. c. enumerata fuit.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03552-0116-2

24. *Cladonia Floerkeana*; non vidi, caeterum e Nova Hollandia ipse accepi.

25. *Cladonia deformis* v. *tasmanica* Krplh. sub var. nov., est *C. cornucopioides* Fr.

26. *Cladonia cornucopioides* Fr. v. *grandis* Krplh., var. n., bene.

27. *Cladonia macilenta* Hoffm., vera adest, at specimen e Richmond River ad *C. micilentam* v. *carcatam* Nyl. pertinet.

28. *Heterodea Mülleri* Nyl., bene.

29. *Stereocaulon proximum*, est *St. ramulosum* Ach.

30. *Stereocaulon ramulosum*, e Tasmania est *St. proximum* Nyl., e Gippsland est *St. proximum* v. *gracilius* Müll. Arg., et reliqua specimina citata e Topofill, Clarence River et Toowoomba, a me non visa, verisimiliter etiam *St. proximo*, in Australia late distributo, adscribenda sunt.

31. *Usnea barbata* v. *intestiniformis*, nil est nisi *U. plicata* v. *articulata* Müll. Arg.; v. *rubiginea*, bene; v. *florida* (non vidi sed ex Australia ipse accepi); v. *plicata*, bene; v. *strigosa*, hic adsunt specimina e Gippsland et Gamler Ranges *U. barbatae* v. *scabridae* (Tayl.) adscribenda, reliqua mihi non obvia; v. *dasypoga* Fr., bene; v. *hirta*, continet *U. barbatam* v. *dasypoga* Fr., v. *floridam* Fr. et v. *scabrosam* Müll. Arg.

32—35. *U. trichodea* Ach., *U. intercalaris* Krplh., *U. angulata* Ach. et *U. longissima* Ach. bene determinatae sunt.

36. *Neuropogon melaxanthus*, non vidi.

37—39. *Ramalina subulata*, *R. angulosa*, *R. farinacea*; non vidi, ultimam tamen ex Australia habeo.

40. *R. glaucescens* Krplh., sub sp. n., est species distincta.

41. *R. inflata*, est *R. geniculata* Hook. & Tayl.

42. *R. Yemensis*, non vidi, at multoties e Nova Hollandia accepi.

43. *R. canaliculata*, est *R. subfraxinea* Nyl.

44. *R. homalea*, non vidi.

45. *R. scopulorum*, quae ex fragmentulis adhaerentibus corticola, nec saxicola, est *R. confirmata* Nyl. Ram. p. 40.

46. *R. javanica*, est *R. farinacea* v. *dendroides* Müll. Arg.

47. *R. pusilla*, est *R. geniculata*, saltem specimen e Rockhampton, alterum tamen e Lacepede Bay non vidi.

48. *R. complanata*, non vidi.

49. *Nephroma antarcticum*, est *Nephroma arcticum* Fr., originis arctici, non australiensis nec antarctici.

50. *Peltigera polydactyla* v. *dolichorrhiza* Nyl., quam pluries ipse ex Australia accepi, forte recte determinata est, at speci-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03552-0117-8

men ad Dandemony lectum, quod solum vidi, est *P. polydactyla* v. *microcarpa* Nyl.

51. *Sticta glaucescens* Krplh., n. sp., est species distincta.

52. *Sticta intricata*, est *Stictina fragillima* Nyl., planta normalis.

53. *Sticta quercizans*, a Lord Howe's Island est *Sticta sinuosa* v. *macrophylla* Bab.

— — v. *microphylla* Krplh., nov. var., ad veram *Stictam quercizantem* Ach., s. *Stictinam quercizantem* Nyl. pertinet; sit *Stictina quercizans* v. *microphylla* Müll. Arg.

54. *Sticta multifida* est *Sticta dissimulata* Nyl.

55. *St. aurulenta* Krplh. sub sp. n. omnino eadem est ac *Sticta glaucescens* Krplh. supra sub n. 51.

56. *St. dissimulata*, est *St. sulphurea* Schaer. eadem ac sequens.

57. *St. dissimulata* v. *multifida*, est *Sticta sulphurea* S.

58. *St. crocata*, est *Stictina crocata* v. *esorediata* Müll. Arg.

59. *St. filicina*, non vidi, sed veram *Stictinam filicinam* ex Australia accepi.

60. *St. carpoloma*, est species distincta, *Stictina neglecta* Müll. Arg. L. B. n. 1071.

61. *St. subcoriacea*, sub hoc nomine adsunt, e Nova Zelandia, 1o *Sticta episticta* Nyl., 2o *Sticta subcoriacea* Nyl.

62. *St. fragilissima*, est *Stictina fragillima* v. *dissecta* Müll. Arg.

63. *St. dissimilis*, est *Sticta subvariabilis* Nyl.

64. *St. cervicornis*, est *Stictina faveolata* Nyl.

65. *St. latifrons*, est *Stictina macrophylla* Nyl. in Flora.

66. *St. variabilis* Ach., e Richmond River bene denominata est.

67. *St. Freycinetii*, e Mt. Ellberg et e Tasmania est *Sticta Freycinetii* v. *prolifera* Müll. Arg., sed specimen e Mt. William non vidi.

68. *St. Colensoi* Bab., bene.

69. *St. flavicans* Hook. & Tayl., bene.

70. *St. orygmaea* Ach., bene.

71. *St. aurata* Ach., bene.

72. *St. retigera*, specimina e Bellingk River, Clarence River et e Queensland ad *Stictam pulmonariam* v. *papillarem* referenda sunt, e M' Leays River autem non vidi.

73. *St. filix* f. *minor* Krplh., sine charactere, est *Sticta Filix* v. *myrioloba* Müll. Arg.

74. *St. fossulata*, est *Sticta Billardieri* Del.

— — f. *expallida* Krplh., est *Sticta Richardi* Montg.

75. *St. Urvillei*, non vidi.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03552-0118-4

76. *Ricasolia crenulata*, est *Ricasolia sublaevis* Nyl.

77. *Parmelia subprolixa* Nyl., est *Parmelia imitatrix* β. *subprolixa* Müll. Arg.

— — v. *angusta* Krplh., est *Parmelia imitatrix* Tayl.

78. *P. convoluta* Krplh., n. sp., est species distincta.

79. *P. concors* Krplh., n. sp., est *Parmelia perforata* v. *ulophylla* Mey. et Flot.

80. *P. subphysodes* Krplh., sp. n., est *Parmelia physodes* v. *pulverata* Müll. Arg.

81. *P. isabellina* Krplh., sp. n., specimina sterilia sunt *Parmelia Borreri* v. *coralloidea* Müll. Arg. L. B. n. 1077, fertilia autem *Parmelia tenuirima* Tayl.

82. *P. conspersa*, est *Parmelia conspersa* v. *laxa* Müll. Arg.

83. *P. subconspersa* Nyl., est eadem ac praecedens.

84. *P. limbata* Laur., bene, sed specimen e Richmond River est *P. limbata* f. *isidiosa* Müll. Arg. L. B. n. 1075.

85. *P. cincinnata*, est *P. platytrema* Müll. Arg. L. B. 1078.

86. *P. perlata*, non vidi.

87. *P. caperata*, non vidi.

88. *P. perforata*, est *Parmelia Schweinfurthii* f. *sorediata* Müll. Arg. L. B. n. 1076.

89. *P. latissima*, specimen e Richmond River est *P. latissima* f. *isidiosa* Müll. Arg., illud. e Sayndah est *P. praetervisa* Müll. Arg., et aliud est *P. latissima* f. *sorediata* Nyl.

90. *P. mundata*, e Queensland est *P. physodes* v. *tenuis* Müll. Arg., mixta cum *P. angustata* Pers.

91. *Physcia chrysophthalma* DC., bene, sc. *Theloschistes chrysophthalmus* Th. Fr.

92. *Ph. crispa*, specimen e Richmond est *Ph. speciosa* f. *sorediifera* Müll. Arg.

93. *Ph. parietina*, e Mt. Ararat est *Theloschistes parietinus* v. *aureolus* Müll. Arg.

— — v. *spinulosa*, est *Theloschistes chrysophthalmus* v. *Sieberi* Müll. Arg.

94. *Ph. podocarpa*, non vidi.

95. *Ph. speciosa*, est *Ph. speciosa* v. *hypoleuca* f. *sorediifera* Müll. Arg.

— — v. *hypoleuca* Nyl., bene.

96. *Ph. flavicans*, specim. cit. non vidi, at species in Australia adest, sc. *Theloschistes flavicans* Norm.

97. *Ph. setosa*, non vidi.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03552-0119-2

98. *Ph. leucomela* v. *latifolia*, non vidi.

— — v. *subcomosa* Nyl., bene.

99. *Ph. major* Nyl., bene, sed haud specifice distincta est: *Physcia speciosa* v. *major* Müll. Arg. L. B. n. 1079.

100. *Pannaria cervina* Krplh., n. sp., est *Pannaria pannosa* Nyl., ambitu in speciminibus male collectis deficiente.

101. *P. pholidota*, est *Psoroma sphinctrinum* Nyl.

102. *P. pannosa* Del., bene.

103. *P. rubiginosa* Del., bene.

104. *P. fulvescens* Mont., bene.

105. *Coccocarpia smaragdina*, est *C. aurantiaca* Montg. & v. d. Bosch.

106. *Lecanora cinnabarina*, sc. *Callopisma cinnabarinum* Müll. Arg., specimen citatum non vidi, sed plantam australiensem ex hb. Hampeano habeo.

107. *Callopisma sanguinolentum* Krplh., est *Lecidea russula* Ach. ad saxa crescens.

108. *Thelotrema Wightii* Nyl., bene, sc. *Leptotrema Wightii* Müll. Arg.

109. *Th. microporellum*, est *Thelotrema australiense* Müll. Arg. L. B. n. 1084.

110. *Th. olivaceum*, est *Leptotrema fallax* Müll. Arg. L. B. n. 1085.

111. *Pertusaria pilulifera*, non vidi.

112. *Lecidea exilis* Krplh., n. sp., nunc *Buellia exilis* Müll. Arg. L. B. n. 1083.

113. *L. plana* Krplh. n. sp., non autem Th. Fr., distincta est: *Lecidea* (s. *Eulecidea*) *planata* Müll. Arg. L. B. n. 1082.

114. *L. stellulata* Turn., bene, sc. *Buellia stellulata* Mudd.

115. *L. aspidula* Krplh., n. sp., distincta est; vid. Müll. Arg. L. B. n. 1080.

116. *L. russula* Ach., bene.

117. *L. Hodgkinsoniae* Krplh., n. sp., est *Heterothecium lecanorellum* Mass.

118. *L. ferruginea* f. *leucophloia* Krplh., nunc *Blastenia ferruginea* f. *leucophloia* Müll. Arg.

119. *Graphis polyclades* Krplh., n. sp., est distincta species: *Graphina polyclada* Müll. Arg.

120. *Sarcographa Medusula* (non Fée), est *Gymnographa medusulina* Müll. Arg. L. B. n. 1087.

121. *Pyrenula pertusarioidea* Krplh., bona species est, nunc *Polyblastia pertusarioidea* Müll. Arg. L. B. n. 1109.

122. *Chiodecton sublaevigatum* Krplh., est distinctum.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03552-0120-3

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1887

Band/Volume: 70

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Revisio Lichenum australiensium Krempelhuberi 113-118